

Alte Drucke

**DISTICHA || DE MORIBVS, NO-||MINE CATONIS IN-||scripta,
cum Latina & Gallica || interpretatione. || Epítome in
sínghla ferè dísticha. || Dícta ...**

Cato, Marcus Porcius

Lugduni, 1540

Distichorum de MORIBVS LIBER II.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150991

ADMONITIO.

Semper tibi proximus esto) Hoc est, tibi in primis
 consule. Pense de toy plus que des aultres.
 Sed contra hoc præceptum, est illud dñi Pauli:
 Charitas non quærit, quæ sua sunt. Celuy qui a
 charite (C'est a dire, uraye amour selon Dieu) ne cher
 che pas son prouffit particulier.

Distichorum de

MORIBVS

LIBER II.

EPITOME.

¶ Poetæ alia, atq; alia docent: hic uero libellus,
 bene uiuendi rationem continet. Les poëtes
 enseignent unes choses & aultres: mais ce petit
 liure icy cõtient la maniere de bien se gouverner.



Elluris si fortè uelis co-
 gnoscere cultus,
 Vergilium legito. quod
 si mage nosse laboras

Herbârum uires, Macer id tibi car-
 mine dicet.

Si forte r v uelis cognoscere) id est, scire, si d'auen-
 ture tu ueulx scauoir.

d 3 Cultus

Cultus telluris) agriculturam, le labourage.

τ v legito) fac ut legas, fāy que tu lises.

Vergilium) sub. (in Georgicis) Vergile en ses Georgiques.

Quodd si mage laboras) si uero magis curas, mais si tu es plus soigneux.

Nosse) cognoscere, de congnoistre.

Vires) potestates, les uertus.

Herbarum) des herbes.

Macer) ille poëta, le poëte qui est appelle Macer.

Dicit tibi) te docebit: sub. (eas) te les dira, te les en- seignera.

Carminē) sub. (suo) en son liure escript par uers:

id est, illic eas inuenies: C'est a dire, tu les trouueras en ce liure la.

Si Romāna cupis, & ciuica nōscere bella,

Lucānum quæras: qui Martis prælia dicet.

Si cupis) si tu studes, si tu appētēs, si tu desyres.

Noscere) scire, scauoir, & congnoistre.

Bella Romana & ciuica) ciuilia Romanorū bella, les guerres ciuiles qui furent entre les Romains.

τ v quæras) pro(quære) cherche.

Lucanum) illum poëtam, le poëte nomme Lucain: sub. (ut eum legas) pour le lire.

Qui) Lucanus scilicet, lequel.

Dicet) exponet, sub. (tibi) te racontera.

Prælia

Prælia) pugnas, les assaulx, les alarmes, les combatz.
Martis) id est, belli, de la guerre.

Si quid amâre libet, uel discere amâre legendo:

Nasōnem petito, sin autem cura tibi hæc est,

Vt sapiens uiuas: audi quò discere possis,

Per quæ semòtum uitijs traducitur æuum.

Ergo ades: & quæ sit sapientia, discere legendo.

Si quid amare libet) sub. (tibi) id est, si te delectat aliquo modo amoris operam dare, s'il te uient a plaisir d'estre aucunement amoureux.

Vel) pro (id est) c'est a dire.

Discere amare) apprendre a aymer.

Legendo) sub. (aliquid de amore) en lisant quelque chose d'amour.

r v petito) id est, adi.

Nasōnem) Ouidium, uaten a Ouide: sub. (de Arte amandi).

Sinautem hæc cura est tibi, ut r v uiuas sapiens) si uerò curas recte & sapienter uiuere, mais si tu as le soing de uiure bien & sagement: C'est a dire, si tu te ueulx bien gouverner.

Audi) p̄be mihi aures attētas, escoute moy diligēment

Quò) pro (ut) a fin que.

et v. possis) tu puisses.

Discere) apprendre: sub. (ea) les choses.

Per quæ) par le moyen des quelles.

Aetūm) ætas, seu uita hominis, la uie de l'homme.

Traducitur) traduci solet, est communément passée.

Semotum uitij) remota à peccatis, reculee et eslo-
gnée des uices, C'est à dire, sans aucuns pechez.

Ergo) igitur si vis discere, doncques si tu
ueulz apprendre.

Ades) attende legendis his præceptis, entens a lire
ces presens enseignemens.

Et discere legendo) sub. (ea) et apprens en les lisant.

Quæ sit sapientia) qualis sit de moribus scientia:
id est, quid sit ars rectè uiuendi: que c'est que la
manière de bien se gouverner.

De omnibus si fieri potest, bene merendum.

S'il est possible, on doit bien faire a tous.

Si potes, ignotis etiam prodesse me-
mento.

Vtilius regno est, meritis acquirere
amicos.

Amicos præstat, q̄ regnū parare: Miculx uault
acquérir amys, que royaulme, ou aultre seigneurie.

Memento) fac memineris, fây qu'il te souuienne, sois
aduerty.

Prodesse) benefacere, proufiter, faire bien, et plaisir.

Etiam

Etiā ignotis) sub. (hominibus) hoc est, non solum tibi notis, sed etiā ignotis: id est, alienis, non seulement a ceulx qui te sont cogneuz: C'est a dire, a tes amys: mais ausi a ceulx qui ne te sont rien.

Si t v potes) sub. (id facere) si tu le peuz faire, si tu as la puissance.

N A M acquirere) id est, parare, car acquerir.

Amicos) des amys.

Meritis) beneficijs, par bien faictz.

Est utilius) id est, præstat, uault mieulx.

Regno) quàm regnum; sub. (parare) que d'acquerrir ung royaulme.

¶ Arcana rerum naturalium ne scruteris. Ne quiers point a scauoir curieusement les secretz des choses naturelles.

Mitte arcana dei, cœlumq; inquire re quid sit.

Cum sis mortâlis, quæ sunt mortâlia cura.

Mitte inquire) omitte scrutari, ne cherche point curieusement.

Arcana dei) secreta diuina, les secretz de dieu.

Que) pro &.

Quid sit cœlum) quid sint cœlestia arcana, que c'est des secretz du ciel.

Cum sis mortâlis) quoniâ tu es mortî obnoxius, puisque tu es mortel: c'est a dire, subiect a mort.

T v cura e a quæ sunt mortalia) quæ ad uitam
d s huma

humanā pertinent, mesle toy de scauoir les choses
humaines: C'est a dire, ne te soucie que d'apprendre
a bien te gouuerner.

Linque metum leti: nam stultum est,
tēpore in omni

Dum mortem metuis, amittere gāus
dia uitæ.

τ v linque) pro relinque: id est, omitte, delaisse.

Metum leti) id est, timorem mortis, la crainte de la
mort.

Nam stultum est) etenim stultitia est, car c'est felie.
Amittere) perdre.

Gaudia) uoluptates, les ioyes, les plaisirs, les soulas.

Vitæ) sub. (huius) de ceste uie: Hoc est, priuari huius
uitæ iucunditate, estre priuè de la plaifance de
ceste uie.

Dum **τ v** metuis) id est, metuendo, en craignant.
Mortem) la mort.

In omni tempore) semper, en tout temps: C'est a dire
re tousiours, sans cesse.

In ira ne contenderis. Ne debas point en coura
roux: C'est a dire, quant tu es marry.

Irātus, de re incerta contendere noli.
Impedit ira ānimum ne possit cernere
re uerum.

Ira uehementer obstat ānīmī iudicio, Courroux
empesche fort le iugement de raison.

¶ *noli iratus contendere*) disceptare: quant tu es courrouce, garde toy de debattre, disputer, prendre question.

De re incerta) *de re dubia*, d'une chose incertaine & douteuse: C'est a dire, qui est en doute.

Ira ENIM) car le courroux.

Impedit animum) *impedimento est rationi*, empesche la raison & l'entendement.

Ne possit) *ut nequeat*, qu'il ne puisse.

Cernere) *discernere*, discernere & cognoistre.

Verum) *rei ueritatem*, la uerite de la chose.

¶ Sumptum, ubi opus erit, prompte facito.

Despens promptement, quant il en sera besoing.

Fac sumptum propere, cum res desyderat ipsa.

Dandum etenim est aliquid: cū tempus postulat, aut res.

Hoc est, Pro re, aut tēpore aliqd infumendū. Il fault despēdre, si le cas, ou si l'occasion le requiert.

Fac sumptum) *infūme*, fay despense.

Propere) *expedite*, promptemēt: C'est a dire, sans faire trayner: id est, non grauatiū, non pas a regret.

Cum) quando, quant.

Res ipsa) le cas, la chose, la matiere.

Desyderat) requirit: sub. (illud) le requiert.

Etenim) nanque, car.

Aliquid est dandum) *largiendum*, il fault donner quelque chose.

Cum

Cum) quando, quant.

Tempus) occasio, l'occasion.

Aut res) id est, causa, ou le cas.

Postulat) poscit: sub. (illud) le requiert.

¶ Medio tutissimus ibis) Hoc est, mediocri fortuna contentus, tutius uiues, quàm altiora petendo. Tu iras plus seurement par le milieu: C'est a dire, tu uiuras plus seurement en te passant a moyen estat, que de uouloir monter trop hault.

Quod nimium est, fugito: paruo gau-
dère memento.

Tuta mage est puppis, modico quæ
flumine fertur.

¶ v fugito) fuge, caue: sub. (id) fuy cela.

Quod est nimium) nimis altum, qui est trop hault: ut sunt ampliores diuitiæ, aut honores, comme sont trop grâdes richesses, ou trop grands honneurs.

¶ t memento) fac memineris, fây qu'il te souuienne. Gaudere) cum gaudio contentus esse, de te conten-
ter, & te passer ioyeusement.

Paruo) re parua, quæ scilicet tibi sufficiat, de petit bien, qui te suffise.

N A M puppis) ea nauis, car la nauire.

Quæ) nauis scilicet, laquelle.

Fertur) est menee, est portee.

Modico flumine) in breui aqua, en petite eau.

Est mage tuta) tutior, est plus seure: sub. (quàm ea quæ in alto est) que celle qui est en haulte mer.

Rei

¶ Rei pudendæ neminem consciū feceris.

De chose honteuse ne te discouure a personne.

Quod pūdeat, socios prudens celare
memento:

Ne plures culpent id, quod tibi displicet unī,

Memento) *te souuienne. C'est a dire, sois aduertý.*

Celare prudens) *prudenter.*

Socios) *sub. (tuos) celer cautelement a tes cōpaignons:*

Hoc est, prudenter cauere, ne ulli sint tibi socij participes, conscij: sub. (in eo).

Quod pūdeat) *sub. (te) id est, cuius te pūdeat, te guetter cautelement, que personne ne sache ta honte:*

C'est a dire, ton fait honteux & deshonneſte.

Ne plures) *ne multi: sub. (homines).*

Culpent) *reprehendant & uituperent, de peur que plusieurs ne blasment.*

Id quod displicet tibi unī) *tibi soli, ce qui te desſplaist a toy seul: C'est a dire, de quoy tout seul tu portes la honte, quant il n'y a que toy qui le sache.*

¶ Longa dies, peccatis impunitatem non affert. *Le long temps ne fait pas que les pechez demourent impunitz.*

Nolo putes prauos homines peccata lucrari.

Temporibus peccata latent: & tempore

pore parent.

Nihil tã occultũ, quod aliquãdo nō detegatur.

Il n'est mal si secret, q ne soit reuelé a quelque fin.
Nolo) ie ne ueulx pas: sub. (ut).

Putes) existimes, que tu cuides: hoc est, noli putare,
ne pense pas.

Homines prauos) malos.

Lucrari peccata) sub. (sua) que les mauuaises gens
gaignent leurs pechez: Hoc est, euadere poenas
suorum scelerum: quia scilicet ea diutius celaue-
rint, qu'ilz eschappent de la punition de leurs pe-
chez, pour les auoir long temps celex.

N A M peccata) sub. (hominum) car les pechez des
hommes.

Latent) sunt occulta, sont cachez.

Temporibus) sub. (aliquibus) id est, ad quoddam
tempus, pour aucun temps.

Et) sub. (ea) & iceulx.

Parent) apparent, se monstrent.

I N tempore) sub. (alio) en aultre temps: id est,
postea manifestantur, sont puis apres reuelez.

¶ Par uitate corporis, nemo contēendus. Pour
la petiteſſe du corps, ne fault desfriser aucun.

Cōporis exīgui uīres contēmnere
noli.

Consilio pollet, cui uim natūra nes-
gâuit.

Sapius

Sæpius in paruo corpore magna latent, En pe-
tit corps souuent y a grandes uertus.

Noli contemnere) ne contemnas, ne desprise point.
Vires) robur, la force.

Corporis exigui) hominis pusillo corpore, d'ung
homme de petite corpulence.

ILLE ENIM pollet) pollère solet: id est, ualere.
Consilio) prudentia, car celuy la est uoluntiers excel-
lent en prudence.

Cui natura) auquel nature.

Negauit) denegauit: id est, non dedit, n'a pas donné.

Vim) robur corporis, force corporelle.

¶ Potentiori ad tēpus cedēdū. Pour aucun temps
sault quicter la uictoire a celuy qui est le plus fort.

Quem scieris nō esse parem tibi, tēp-
pore cede.

Victōrem à uicto superari sæpe ui-
dēmus.

Vincitur à uicto, qui modò uictor erat.

¶ v cede) concede uictoriam, quicte la uictoire.

Tēpore ad tēpus, pour aucun tēps: sub. (ei) a celuy.

Quem scieris) quē tu cognosces, que tu cognoistras.

Non esse parem tibi) non esse tibi æqualem, n'estre
pas ton pareil: id est, esse te potentior, estre plus
puissant que toy.

Videmus ENIM sæpe) car nous uoyons souuent.

Victōrem) eum qui fuerat superior, celuy qui auoit
eu le dessus.

Super

Superari) uinci, estre gaigné, estre surmonté: sub.
(postea) puis apres.

A) uicto) ab inferiore: id est, ab eo qui uictus erat,
de celuy qui estoit uaincu.

Cum familiaribus non est rixandum. On ne
doibt point rioter avec ses amys.

Aduersus notum noli contendere
uerbis.

Lis minimis uerbis interdum máxi-
ma crescit.

De petites paroles, il uient souuent grand noise. Pe-
tites paroles montent souuent a grand debat.

Noli contendere uerbis) ne rixeris, ne riote point:

C'est a dire, ne prens point de question.

Aduersus notum) contra familiarem tuum, contre
ton amy.

N A M lis maxima) summa discordia, car tresgrand
noise & discord.

Crescit) insurgit, se croist & esleue: C'est a dire, monte
bien hault.

Interdum) quandoque, aucunes fois.

E X uerbis minimis) de bien petites paroles.

Nulla diuinationis genere inquiras, quid te
futurum sit. Ne t'enquiers point par aucun de-
uinement, que c'est que doibs deuenir.

Quid deus intendat, noli perquirere
forte.

Quid

Quid statuat de te, sine te deliberat ipse.

Noli perquirere) ne inquiras, garde toy d'enquerir.

Sorte) aliqua diuinatiōne, par aucun deuinement.

Quid) quam rem.

Deus intendat) proponat: sub. (te facere) que c'est que dieu propose a faire de toy.

Ipsē ENIM deliberat) cōsultat, car il delibere.

Sine te) sine tuo consilio, sans toy: C'est a dire, sans l'appeller a conseil.

Quid IPSE statuat de te) id est, de te decernat, que c'est qu'il ordonne de toy.

¶ Nimio cultu uitæ, hominum inuidia comparatur. Pour faire trop de bragues, ou de pompes on se met en la haine du monde.

Inuidiam nimio cultu uitæ memento;

Quæ si non lædit, tamen hanc sufferre molestum est.

Memento) sois aduertý.

Vitare) cauere, fuýr, euitier.

Inuidiam) odiū: sub. (hominū) la haine du monde.

Nimio cultu) nimio ornatu, pompa & apparatu, en leuant & entretenant trop grand estat, en faisant trop de bragues, & de pompes.

Quæ) inuidia scilicet, laquelle haine.

Si non lædit) sub (te) id est, tametsi non nocet tibi,

combien que ne te face aucun dommaige.

Tamen) toutesfoys.

Molestum est) res est molesta, c'est une chose fâcheuse, & ennuyeuse.

Sufferre) sustinere, endurer.

Hanc) pro (eam) scilicet inuidiam, icelle haine.

¶ Inique dānatus, ne abñcias animū. Si tu es condamné a tort, toutesfoys ne te descourage pas.

Esto animo forti, cum sis damnātus inique.

Nemo diu gaudet qui iudice uincit iniquo.

Esto animo forti) rufac ut habeas bonum animū, fay que tu ayes bon courage.

Cum sis damnatus) quanuis tu sis condemnatus, combien que tu sois condamné.

Inique) iniuste, iniuſtement: C'est a dire, a tort & sans cause.

Nemo) nullus enim.

Gaudet) gaudere solet.

Diu) longo tempore, car homme ne se resioiſt uoluntiers longuement.

Qui uincit) causam obtinet, qui gaigne son proces.

Iudice iniquo) per iudicem iniquum, par ung faulx & mauuais iuge: id est, qui iniuste damnauit, qui a condamné faulſement & a tort.

¶ Preterita cōuicia nō sunt uerbis refricāda. On ne doit point ramētenoir les iūres q sont passees.

Litis

Litis præteritæ noli maledicta referre.

Post inimicitias iram meminisse, maiorum est.

C'est a faire a gens mauuais de reduyre en memoire la haine passée.

Noli referre) uerbis repetere, garde toy de ramentenir: C'est a dire, de remener a propos.

Maledicta) conuitia, les iniures.

Litis præteritæ) rixæ anteaictæ, de la noise qui est passée.

Est enim malorum) sub. (hominū) id est, ad maius hoīes pertinet, car c'est a faire a mauuaises gēs.

Meminisse) recordari, reduyre en memoire.

Iram) litem, la noise.

Post inimicitias) postquàm finitæ sunt inimiciæ, apres que la haine est passée: id est, post reditum in gratiam, apres qu'on est retourné en graces: C'est a dire, depuis qu'on est reconcilie l'ung a l'autre.

Te ipsum neque lauda, neque uitupera. Ne te loue point, ny te blasme toy mesme.

Ne te collaudes, nec te culpaueris ipse.

Hoc faciunt stulti: id, quos gloria uexat inanis.

e x

Lauda

Laudare se, uani: uituperare, stulti est. C'est faict
en glorieux de soy louer: C'est faict en sot de soy
blasmer.

Ipse tuipse, toymesme.

Nec collaudes te) ne te laudes, ne te loue point.

Nec culpaueris) nec te etiam uituperes, & ne te
blasme point aussi.

NAM stulti) sub. (homines) car les s'otz.

Faciunt hoc) sont cestuy cy: id est, seiplos culpares
font, se blasment communément, eulx mesmes.

AT ILLI quos inanis gloria uexat) qui uexan-
tur inani gloria, mais ceulx qui sont uexez de uaine
gloire: id est, uani & gloriofi homines: C'est a di-
re gens glorieux.

FACIUNT id) pro (illud) sont celuy la: hoc est,
seiplos ferè collaudant, se louent uoluntiers eulx
mesmes.

¶ Quæsitis utere parçè.

Despens ton bien,

Par bon moyen.

Vtere quæsitis modice: cum sum-
ptus abundat.

Labitur exiguo, quod partū est tem-
pore longo.

¶ Quæ lōgo tēpore parta sunt, magno sumptu
citò dilabuntur. En fuisant grans fraiz se de-
chet bien tost ce qui est par long temps acquis.

Vtere modicè) id est, parçe, use par bon moyen: id
est

est, sine luxu, sans excès & prodigalite.

Quæsitis) rebus partis, de tes biens acquis.

Cum ENIM sumptus abundat) excedit & nimius est, car quant les fraïs sont excessifs: C'est à dire quant on despend plus qu'il ne fault.

TUNC ID labitur) effluit, dilabatur, alors cela se dechet & se passe.

IN tempore exiguo) en peu de temps.

Quod partum est) acquisitum est, comparatū est, qui a este acquis & amasse.

IN longo) sub. (tempore) en long temps: C'est à dire, cela s'en ua en brief, qui a este par long tēps acqs.

Interdum expedit simulare stultitiam. Il fait aucunes fōys bon contrefaire le sot.

Inspiciens esto, cum tempus postulat,
aut res.

Stultitiam simulare loco, prudentia
summa est.

Esto inspiciens) quasi inspiciens, & stulto similis, say semblant d'estre sot.

Cum) quando, quant.

Tempus) opportunitas, uel occasio, le temps: C'est à dire, l'opportunitè ou occasion.

Aut res) ou le cas, la chose, la matiere.

Postulat) exigit: sub. (illud) le requiert.

NAM ILLUD est summa prudentia) maxima astutia, car c'est tresgrande finesse.

Simulare stultitiam) de contrefaire le fol.

IN loco) cum est opportunū, quant il uient a point.

¶ Neque prodigus, neque auārus fueris. Ne sois prodigue, ny auaricieux.

Luxūriam fugito : simul & uitāre memento

Crimen auaritiæ . nam sunt contraria famæ.

Hoc est, V trunq; enim id uitium male audit ab omnibus. Car l'ung & l'autre vice est fort blasmé de tout le monde.

Fugito) caue, euite.

Luxuriā) profusionem, prodigalite.

Simul &) id est, pariter, semblablement.

Memento) sois aduertý.

Vitare) fugere, fuýr, euitier.

Crimen auaritiæ) uitium nimix tenacitatis: id est, ipsam auariciam, le peche d'auarice.

Nam) sub. (ambo) car tout deux.

Sunt contraria) ualde nocent, sont contraires, & nuisent fort.

Famæ) bono nomini, au bon bruyt d'ung homme:

Hoc est, plurimum famæ detrahunt, ilz diminuent beaucoup la bonne renommee.

¶ Hómini loquáci parum credendum. A ung babillart ne fault pas adiouster grand foy.

Noli tu quædam referenti credere semper.

Exigua

Exigua ijs tribuenda fides, qui multa loquuntur.

r v noli credere semper) garde toy de croire tousiours.

Hominisemper referenti quædam) ei qui semper aliquid noui rumoris affert, a celuy qui apporte tousiours quelque chose de nouueau: C'est a dire, a ung rapporteur de nouuelles, a ung babillart.

Fides **E N I M** exigua) id est, parua.

Est tribuenda) habenda est: id est, parum enim credendum est, car on doit adiouster peu de foy.

his) sub. (hominibus) a ces gens la.

Qui loquuntur multa) qui multa dicunt, siue qui multum loquuntur, qui parlent beaucoup: id est, oquacibus & garrulis, a babillars.

ADMONITIO.

Noli tu quædam). Quædam, pro aliqua. Sic enim proprietas exigit.

G Non uini, sed tua ipsius culpa est, si quid potu peccaueris. Ce n'est pas la faulte du uin, mais de toy mesme: si tu fais quelque folie apres auoir trop beu.

Quod potu peccas, ignoscere tu tibi noli:

Nam nullum crimen uini est, sed culpa bibentis.

r v noli ignoscere tibi) tibi ipsi noli parcere: sed
 e * tcipsum

teipsum accusa, non autem uinum, ne te pardon-
ne pas, mais toymesme accuse toy, & non pas le uin:
sub. (in eo) en cela.

Quod peccas) que tu peches.

Potu) potatione, par boire trop: Hoc est, cum ex po-
tatione aliquid peccaueris: noli in uinum culpam
transferre: sed te ipsum accusa. Quant pour auoir
trop beu, tu auras fait quelque folie: ne te viens point
excuser sur le uin: mais t'en accuse toymesme.

Nam nullum crimen uini est) nulla enim est in ui-
no culpa, car au uin n'y a aucune faulte.

Sed) sub. (illud est).

Culpa bibentis) potoris, mais c'est la faulte de celuy
qui le boyt.

¶ Amico taciturno consilium crede.

A ton amy, s'il est discret,

Descouure toy de ton secret.

Consilium arcânium tacito commît
te sodali.

Corporis auxilium medico commît
te fideli.

Médico, nisi fideli, ne te commiseris. Ne te metz
point entre les mains d'ung medecin, s'il n'est
bien seur.

¶ v committe) fac ut committas, fac ut credas.

Consilium arcanum) secretum consilium tuum,
fay que tu te fies de ton secret.

Sodali) id est, familiari tuo, a ton cōpaignon & amy.

Taci

Tacito) taciturno, qui est discret pour bien celer ce qu'on luy dit.

E T committe auxilium corporis) fac item ut committas remedium corporis tui, fây aussi que tu te fies du remede de ton corps.

Medico) a ung medicin.

Fideli) notæ & probatæ fidei, qui est bien seur : C'est a dire, en qui tu te puisses fier sans dangier.

¶ Ne te offendat malorum successus. Ne te fâche point de la prosperité des mauuais.

Noli successus indignos ferre moleste
Indulget fortuna malis, ut lædere possit.

Hoc est, Malis fortuna blanditur, ut postea noceat. Fortune flatte les mauuais, A fin de leur nuire apres.

T V noli ferre moleste) ne ægrè feras.

Successus) bonam fortunam.

Indignos) quæ contingit malis hominibus: quæ uis ea sint indigni. Ne sois point desplaisant de la bonne fortune des mauuais: combien qu'ilz ne l'ayent pas merité.

N A M fortuna indulget) id est, fauet, car fortune fauorise.

Malis) sub. (hominibus) aux mauuais.

V T) sub. (ea).

Possit lædere) sub. (illos) id est, illis nocere, A fin qu'elle leur puisse nuire.

Antiqua lectio fuerat, Successus indignos, noli tu
ferre moleste; Sed uersus erat duriusculus.

¶ Futuros casus, ut leuius feras, prouide. *Pense
de loing les cas qui te peuuent aduenir, a fin que
tu les endure plus facilement.*

Prospice qui ueniunt, hos casus esse
ferendos.

Nam leuius lædit, quicquid præui-
dimus antè.

¶ Vnde illud, Iacula præuisa minus lædunt. *Les
traitz qu'on a preueu, ne font pas tant de mal, que
ceux la qui uiennent soudain.*

Prospice) prouide, regarde & pense de loing.

Hos casus qui ueniunt) pro (eueniunt) id est, eue-
nire solent; sub. (nobis) hoc est euentus ipsos.

Esse ferendos) sub. (æquo animo) qu'il fault porter
paciemment les cas qui nous aduiennent communément:
C'est a dire, les aduentures & fortunes de ce monde.

Nam) etenim, car.

Quicquid præuidimus antè) omne quod antè pro-
uidimus, quàm scilicet eueniat, tout ce que nous
auons preueu, deuant qu'il nous aduienne.

¶ prædit nos leuius) minus nobis nocet, nous
fait moins de desplaisir, nous greue moins.

Præuidimus antè.) Aduerbium (antè) uacat: quia
idem

idē significat (præuidimus) quod antè uidimus.
Satis igitur erat dixisse, præuidimus.

G Aduersis in rebus animus spe sustentandus.

En aduersite on doit soustenir son courage par
esperance: C'est a dire, on doit tousiours espe-
rer, & auoir bon courage.

**Rebus in aduersis animum summit-
tere noli.**

**Spem retine: spes una hominem nec
morte relinquit.**

Hoc est, Semper spes uitam comitatur. **E** sperance
tient tousiours bonne compaignie a la vie: C'est
a dire: on uit tousiours en esperance.

Vnde Ouidius, Viuere spe uidi, qui moritu-
rus erat. **V**idi: sub. (quendam) l'ay ueu homme
prest a mourir, uiure par esperance.

Noli submittere) ne deprimas, ne deprime point.
Animus) sub. (tuum) ton courage: C'est a dire, ne
te descourage point.

In rebus aduersis) in aduersa fortuna, en aduersite.
S E D retine) conserua.

Spem) mais entretiens esperance: C'est a dire, sçay que
tu ayes tousiours bon courage.

N A M spes una) sola spes.

Nec I N morte relinquit hominem) id est, ne in
morte quidem hominem deserit. Car seule espe-
rance n'abandonne point ung homme, pas seulement
a la mort. C'est a dire, elle tient tousiours bon,
iusques

iusques au bout de la uie.

¶ Occasionem rei commodæ, ne prætermittas.

Ne laisse aller occasion,

De cela qui t'est propre & bon.

Rem tibi quam nosces aptam, dimittere noli.

Fronte capillata est, sed post occasio calua.

Noli dimittere) ne dimittas: id est, ne finas elabi, ne laisse pas eschapper, ne laisse pas en aller.

E A M rem, quam nosces) id est, cognosces.

E S S E aptam tibi) la chose que tu scauras estre propre & utile a toy.

Nam occasio est fronte capillata) Id est, fingitur antè habere multos capillos: car occasio (comme on fâint) ha force cheueulx par deuant.

Sed E A E S T calua post) à tergo est sine capillis, mais par derriere elle est chaulue: C'est a dire, sans cheueulx.

ADMONITIO.

Fronte capillata est, &c. Id nobis significat, arripicdam esse opportunitatem, cum primum contigerit. Nam postquam elapsa fuerit: uix reprehendi, aut recuperari potest. Vnde est scitu dignum hoc Gallicum prouerbium:

Vng tel refuse,

Qui apres muse.

¶ Ex præteritorum recordatione, futuris prouiden

uidendum. *Par souuenance des choses passees, on doit pourueoir a celles qui sont a uenir.*

Quod sequitur, spectā, quodq; imminet, antè uidêto.

Illum imitāre Deum, qui partē spectat utranque.

Specta) considera, considerè.

Id quod sequitur) præterit, ce qui est passé.

Que) pro &.

Vidêto) antè provide.

Id quod imminet) instat: Hoc est, id quod futurum est, *preuoy aussi ce qui est a uenir.*

Atque tu imitāre illum Deum, qui spectat) id est, uidet.

Vtranque partem) id est, partē anteriorem & posteriorem: Hoc est, fac exemplo Iani Dei: qui antè & post uidet. Et par ainsi fāy comme le dieu Ianus, qui ueoit deuant & derriere.

ADMONITIO.

Ianus apud Romanos erat idolum duas habens facies: quasi utrinq; uideret: Hoc est, tam à tergo, quàm à fronte.

Non uoluptati seruiedū: sed tēperāntia ualētudini cōsulēdū. *A son plaisir ne fault estre subiect: mais par abstinence fault pourueoir a sa sante.*

Fortior ut ualeas, interdum parcior esto.

PAUCA

Pauca uoluptati debentur, plura salutis.

Esto) soy que tu sois.

Interdum) quandoque, par fois.

Parcior) temperatior, quam scilicet solitus sis, plus abstinēt & moderē que tu n'as de coustume: sub. (in fouendo corpore) en l'entretenement de ton corps.

Vt ualeas fortius) ut sis robustiori ualitudine, a fin que ta sante s'en porte mieulx, a fin que tu sois plus robuste, & de plus forte complexion.

Pauca) peu de choses.

Debentur uoluptati) sont deues au plaisir du corps.

S E D plura debentur salutis) mais plus a la sante:

Hoc est, uoluptati quidem nonnihil tribui potest: sed in primis curanda est ualitudo: sine qua nulla est uoluptas. Vray est qu'on se peut bien quelque peu resiouir a faire bonne chere: mais sur toutes choses fault penser de sa sante: sans la quelle il n'est aucun plaisir.

Cede multitudini) Hoc est, multorum sententiae ne solus contradicas. Ne contredy point tout seul a l'opinion de plusieurs.

Iudicium populi nunquam contempseris unus.

Ne nulli placeas, dum uis cōtemnere multos.

Nunquam contempseris) ne unquam contemnas,
ne de

ne desprise iamais.

Vnus) solus in tua sententia, toy estant seul en ta fantaisie.

Iudicium populi) multitudinis sententiam, l'opinion d'une multitude.

Ne nulli placeas) ne non placeas ulli: id est, ne probêris à nemine, de peur que tu ne sois approuvé de nulluy: C'est à dire, que personne ne troue ta fantaisie bonne.

Dum t v uis contemnere multos) spernere multorum iudicium, en uoulant despriser l'aduis de plusieurs.

¶ Ante omnia ualitudinem cura. Sur toutes choses pense de ta santé.

Sit tibi præcipue, quod primum est, cura salutis;

Témpora ne culpes, cum sis tibi causa dolôris.

Cura salutis sit præcipue tibi) habe in primis curam bonæ ualitudinis, pense de ta santé sur toutes choses.

Quod primum est) quæ res est præcipua, la quelle chose est principale.

Ne culpes tempora) ne culpam reñcias in temporis conditionem, à fin que tu ne t'excuses point sur la disposition du temps: sub. (si fortè tua intemperantia in morbum incideris) si d'avanture tu tombes en maladie par ton intemperance, & mauuais regime.

Cum

Cum sis tibi causa doloris) cum tuipe, non tem-
pus, sis causa morbi tui, *ueu que toymesme tu es
cause de ton mal, & non pas le temps.*

¶ Ne obserues somnia, ut illis credas. Ne prens
point garde aux songes, pour y adiouster foy.

Somnia ne cures, nam mens humâs
na quod optat,

Dum uigilat sperans, per somnū cer-
nit idipsum.

¶ *Ne cures somnia, ne te chaille des songes & resuea-
ries, qui uienent en dormant: Hoc est, ne credas il-
lis: C'est a dire, n'y adiouste pas foy.*

Nam mens humana) nanque mens hominis, car la
pensée de l'homme.

Cernit) uidet, uoit.

Per somnum) inter dormiendum, en dormant:
Idipsum) illud ipsum, cela mesme.

Quod ILLA optat, cupit, qu'elle appete: C'est a
dire, de quoy elle a affection.

Sperans) estant en esperance.

Dum IPSA uigilat) id est, uigilando, en ueillant.

ADMONITIO.

Somnia ne cures.) Notandum, esse quandam so-
mnij speciem, quæ uisum dicitur: cui cum a deo
sit, credendum est: qualia multa in Biblijs le-
guntur.

Distic